

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-426339-p0002-3

DFG

10

1764

3

DISSERTATIO SOLLEMNIS JURIDICA,
DE
LEGALI IMMUTATIONE
EMTIONIS VENDITIONIS IN
MUTUUM,
AD L. VI. C. SI CERTUM PETATUR.

QVAM,
DEO CLEMENTISSIME ANNUENTE,
CONSENTIENTE ILLUSTRI JCTORUM ORDINE,

IN
ACADEMIA FRIEDERICIANA BUETZOVIENSI,
PRAESIDE,
DN. D. ERN. JO. FRIED. Mantzeln,
SEREN. DUC. REGN.
CONSILIARIO CANCELL. ET CONSIST. IVR. PROF. ORD. COMIT. PAL. CAES. ET
COLLEGII IVRID. SENIORE, ATQVE HODIE DECANO,
COGNATO ET STUDIORUM SUORUM PROMOTORE
COLENDISSIMO,

PRO GRADU,
TITULIS ATQVE JURIBUS JURE-CONSULTI
RITE CAPSENDIS,
DIE XXI. DEC. MDCCCLXIII.


H. L. Q. C.
CONTRA DISSENTIENTIUM DUBIA,

"DEFENDET,
JOANN. WALTER WIENKE,
ROSTOCHIENSIS.

B U E T Z O V I I
TYPIS JO. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL. ET ACAD. EXPQR.



DISSESSATIO SCOTTENSIS IRRIDICAY
HEC ETIUM TUMULTATIONE
EMIGRANTIA ANDITIONIS IN
MUTATIONE
AD FLAVI & CÆSARIA LETTERA
O 4 A M
DEO GLORIAMENTARI AMMUNITAE
CONSTITUTA HILDEBERTUS JOTORUM QVIDAE
ACADEMIA HESPERIGNA HISTORIAE
HABEAT CLAVIS
IN DILECTIO FRIED WILLEMI
GODFRED ET SIBERSON HACAN THOMOGES
P E C O N D I B
TIBURZ ALIAS TIBURZ TIBURZ
DE TIBURZ DE TIBURZ
CUNIN DIBURZ TIBURZ
JOANNAS ALBERTUS WENK
BONN 1775



PRAENOBILISSIMO
DOMINO CANDIDATO,
COGNATO SUO DILECTISSIMO,
GRATULATUR
P R A E S E S.

Quidni Tibi, *Vir consultissime!* qui studium juris-
prudentiae, usque ad practicos labores, inclusi-
ve, permeasti, gratularer? Quidni & ego gau-
deam, qvia mihi ea contigit felicitas, qvod Te ad ca-
thedram, eatenus inaugurelam, comitari sit datum.
Tu es ille, quem ego, Cognati mei, *B. Dn. Wieneken*,
Mercatoris Rostochiensis primarii, filium optimum, a
primae infantiae tuæ annis, novi vidiqve toties, ex ve-
neranda *Mayoblia*, sorore, amicissimi mei *JCTi*, *Dn. Mayoblen*, scriptis celeberrimi, natum, in domo, fami-
liaris mihi *B. Parentis*. Succrevisti, studiis dicatus,
per annos, humanioribus impensos, & venisti ad le-
ctiones, etiam meas, juridicas. Professorum privile-
gium est, inter alia, qvod queant præfigire; Præfigi-
vi igitur, ex Tua assiduitate & solertia, fore, ut fíe-
res ordinis Juridici ornamentum. In finu desuper
gaudeo, & recurrit mihi memoria, Venerabilis Tui
Avi, *B. Pastoris Levinensis*, *Henr. Wieneken*, totius Cir-
culi Senioris, Viri, ultra communem fôrtrem, erudi-
tissimi atqve religiosissimi, quem toties vidi cujusqve
bibliothecam, ultra-pastoralem, interdum perlustra-
vi. Erat ille gener, Summe Ven. Theologi Rost.
B. Sam.

B. Sam. Starkii, in cuius obitum magnus Theologus, B. Fechtius, Superint. concernens, ut t. t. Decanus Fac. Theol. confecit programma, in quo dictum Tuum B. Avum, ut eruditorem & in linguis orientalibus versatissimum, summis erexit laudibus. Nec deficit, inter JCtos nomen Wienekianum; Præter enim diff. Gryphicam, a B tuo Patruo, sub præsidio Schackiano, habitam, datur elegans Tr. Wienkenianus, s. t. *Jus summi Imperii temporarium*. Memento, *Amice humanissime!* eorum, qvæ, ex eo, dixi, in lectionibus Juris Fendalii, maxime ex §. 13. ubi scite distinxit Regalia, in *majora*, sive *incommunibilia*, *media*, sive *dificulter*, & *minora*, sive *facile derivabilia*. Satis! Auge Tu numerum Vi-
rorum ejus nominis eruditorum. Dissertatio tua, uti
jacet, mihi oblata, probat virum. Age rem tuam in
gloriam Dei & commodum republicæ, propriumque
honorem & emolumentum, felicissime; meique meo-
rumque semper bene memor esto. Dab. Buezovii die
9. Dec. Anni MDCCCLXIV.





LAURENTIUS
HISTORICUS
MAGISTER ET DOCTOR

INTROITVS.



Iam ante annos aliquot fuit mihi propositum, Illustri ICorum Ordini ad examen mesistendi, et exantlato tentamine, conscribendi dissertationem, quam aiunt inaugurelam. Ast varia obstiterunt, quae a consilio dudum suscepto, mentem avocarunt. His remotis, ad institutum reversus, initio in eligendo themate valde fluctuavi. Tandem, amici suasu, in praesens incidi. Qua ratione hoc a me pertractatum, Tuum L. B. esto iudicium. Quum fieri haud possit, ut omnibus placeamus; paucis insdemque bonis, placuisse, mihi iam sufficit. Horum igitur favori me meaque studia dum commendeo, Deum simul, ut conatibus meis benedicat, supplex oro.

A TRA-

TRACTATIO.

TEXTVS.

L. 6. C. SI CERTVM PETATVR
 I IDEM A. A. SCIL. DIOCLET. ET MAXIMIN.
 ET C. C. NICANDRO.



Si ex precio debitæ quantitatis, facta novatione per stipulationem vñuras licitas, ab eo contra quem supplex, stipulatus es, falsa mutuo datæ quantitatis demonstratio præmisa, cum obligationis substantia non defecerit, quominus usque ad modum placitum vñuræ possint exigi, nihil nocet. Si vero citra vinculum stipulationis, tantum mutuam pecuniā datam conscriptum est, et ejus præstari foenus connuenit, simulatis pro jnfectis habitis, hujusmodi placitum nihil de p̄eecedenti mutauit obligatione.

S. 15. Kal. Dec. A. A. Conf. 293.

Pacta nuda nullam producere secundum leges Romanorum obligationem, vel iis notum est, qui tantum prima jurisprudentiae illorum principia tenent; sicuti pacta contractibus bonæ fidei in continentि adjecta secundum scita Romanorum esse valida, neminem fugit a).

a) *Vid. BODINI Vindiciae pactorum juris Rom. Hal. 1696. add. de LYDEWIG dīs. de nexu scriptura et subscriptoris, passim.*

§. II.

§. II.

Omnibus quidem bonae fidei contractibus pacta adiici posse, nullo carer dubio. Maximam vero in eo Romani, qui bus subtilitates in deliciis erant, collocabant differentiam: num pacta contractibus in continenti, an ex intervallo sint adiecta? Non lubet EX FRANZKIO a) ET LAVTERBACHIO b), quorum diligentia in tractanda hac materia satis fuit occupata, quæ ad illam pertinent, huc transcribere, quum, si STRYCKIUM c) audiamus, in jurisprudentia haec distinctio hodie nullam inueniat applicationem.

- a), in *Commentario ad ff. Tit. de contrab. emt. vendit.*, No. 337. seqq.
- b), in *Collegio theoretico Practico tit. de emt vendit* §. LXXXVI. seqq.
- c), de *Cautelis Contractis*. S' I ma Cap. IV, §. V. in fine.

§. III.

Majoris momenti est distinctio: num pacta, quæ contractibus adiiciuntur, substantialia illorum, an accidentalia concernant? Vbi quaestio decidenda venit: an essentialia negotii pactis adiectis possint immutari?

§. IV.

Non possum non, quin hanc questionem negem, et cum legibus a) ac auctoribus b) defendam, quod essentialia contractus per pacta adiecta mutari nequeant, eo scilicet sensu, ut idem contractus maneat. Quum enim essentialia contractus ea sint, quæ ad eius constitutionem pertinent, fieri non potest, quin ea adimas, nisi totum contractum simul tollere velis. Sic e. g. contractus *Commodati* essentialia est, vt rei non fungibilis usus gratis concedatur. Ponamus igitur pro concessione usus rei *mercedem* promitti; tum non manet commodatum c). Sed cum grano salis hoc intelligas velim. Minime enim de *honorario*, quod iure imperfecto citra conventionem



nem ex liberalitate, fluit, mihi sermo est, quod promitti et folui subsistente contractu commodari potest d).

- a) L. 27, §. 2, de pactis. L. 12, de precar.
- b) Vid Coceji in Jure Contrav. Libr. XVIII, Tit. I, qv. XXXI, SCHAVMBVRG in Comp. Jur. Dig. Lib. II. Tit. XIV, §. XI,
- c) confer, L. 5, §. 12. Commodati vel contra
- d) SCHAVMBVRG c. l, Libr. XIII, Tit. VI, §. IV.

§. V.

Ex §pho præced. liquet, fieri non posse, vt essentialia contractus pactionibus ita mutentur, vt idem maneat negotium. Noua inde suboritur quæstio: num igitur pacta adiecta, quæ essentialia contractus mutant, efficient, vt torum concidat negotium, et res eo redeat, quasi pacifcentes nullum plane iniissent contractum?

§. VI.

In resolutione huius quæstionis duo distinguenda venuunt. Pactum enim, quod essentialia contractus immuratur, legibus est contrarium, vel non. Priori casu totum negotium nullum est; posteriori vero subsistit quidem, sed in aliud transformatur contractum. Exemplis rem illustrabo. Sic, quod ad prius attinet, in emtione venditione ad ejus essentialiam pertinet, vt res pro certo ac vero pretio alteri tradatur. Iam ponamus casum, maritum cum vxore celebrare emtionem venditionem, pacto addito, vt pro re verum pretium 1000 thalerorum habente 200 soluat, tunc dubium nullum adest, quin hoc negotium tanquam mixta donatio, inter alios subsistat, inter virum et vxorem vero nullum habeat effectum a). Aliud fingamus exemplum. Titius vendit Cajo annulum, pacto annexo, vt loco pretii Sejum fustibus male contundat: emtio venditio, ob pactum, quod substantialia eius, scilicet conditionem pretii admir, et legibus contrariatur, plane sit irrita.

E. con-

E contrario quoad posterius, in exemplo *Spho IV*, allato, contractus commodati cum pacto, ut pro vnu rei merces soluatur, non manebit quidem *commodatum*, atque non cessat totum negotium, sed in aliud genus contractus *locationis* scilicet *Conductionis* degenerat b).

- a) *L. 38 ff. de Contr. Empt.*
- b) *d. L. 5. §. 12. ff. Commodti I. contra.*

§. VII.

Plura in jure eiusmodi occurruunt exempla, vbi pacta accessoria negotiique essentialia ingredientia, ut in aliud hoc plane degeneret, faciunt. Sic in deposito, si pro custodia merces detur, contractus depositi mutatur in locationem conductionem a). Et in emto vendito, si loco pecuniae, merx in totum promittatur, fit mutatio emtionis venditionis in permutationem.

- a) *L. I. §. 8. 9. deposit.*

§. VIII.

Sufficient hæc de pactis, quæ, jure adstipulante, in essentialibus vel vtraliq; loquuntur in naturalibus internis negotiis aliquid mutant, et eo ipso mutationem contractus efficiunt. Iam ad pacta, quæ mutationem accidentalium, vel naturalium externorum contractus respicunt, me converto. Et de iis quidem statuo, posse hæc, si pacientibus placet, a contractu abesse, filios feciis vero formam contractus minime transformari. Multis hæc iisque illuftrioribus exemplis, ex jure feudali eiusque cap. de feidis impropriis petitis, illustrari possent, si illis me iam immiscere animus mihi esset.

§. VIII.

Quemadmodum vero circa omnia contractuum genera
A 3 eius-



ejusmodi paetainiri posse, a nemine ICtorum in dubium vocatur; sic imprimis accidentalia emtionis venditionis, variis determinantur paetis, et tamen emtio venditio manet inconclusa a). Huc pertinet, ne exempla deficiant, paetum, quo usuras pretii, de quo fidem habemus stipulamur. Hic cum subsistat emtio venditio, et per consequens usurae actione emti venditi peri possint b). Paetum item constituti, ut emtor jure locationis conductionis rem possidere velit, donec vendori de pretio et usuris satisfactum c); hoc cum paecto non attento, emtio venditio non transformetur in locationem conductionem, sed possessio et dominium in emtorem, qui quoque periculum subit, transeat.

a) Vid. totus Titul. C. de paet, inter emt. et vendit.

b) L. 5. C. de paet, inter emt. et vendit.

c) L. 75. ff. de contrab. emt.

§. X.

Licet vero haecce paeta, quae accidentalia tantum ingrediuntur, negotium in aliam formam minime transmutent, datur tamen paetum emtioni venditioni ex intervallo additum, quo torum tollitur negotium, et in aliud transformatur contractum.

§. XI.

Sermo mihi est de casu, quem textus huic Commentationi praemissus, proponit, et hoc reddit. Si *Titius Cajo* debet mille ex emto, *Caius* vero *Titio* pecunia destituto, consentit, ut illa pecuniam sub annuis retineat usuris, Emtio Venditio mutatur in Mutuum. Ita Legem interpretantur BRVNNEMAN-NVS a), et qui cum eo sentiunt, STRYCKIVS b), HOPPIVS c), STRUVIVS d).

a) in Commentario in C. ad L. 6. ff. certum peratur no. I. 2. 3.

b) in V. M. Libr. 46. Tit. II, §. I.

c) in



7

c) in *Commentario ad §. 3. I.* quib. mod. toll. oblig. ad verba; Sed si ea-
dem persona.

d) in *Syntagma Iur. Civil. Ex. 47.* ib. 59.

§. XII.

Quum nulla fere thesis in jure sit, contra quam non pro-
ponerentur dubia, quin praefens eandem experiatur fortē,
facile credendum est. Ut ista igitur referam, pro posse sol-
vam, et thesin meam ab iis vindicem, antequam ad vterio-
rem thematis tractationem progredior, necesse erit.

§. XIII.

BRUNNEMANNIA) objectionem contra hanc interpretatio-
nem: Num, si huic pacto non accesserit stipulatio, nihilomi-
nus illud habeat effectum, sicco pede transilio, quum
secundum recentiorum ICtorum sententiam pacta stipulationi-
bus adaequata sint, hae vero nullum in hodierna praxi porro
vnum praēbeant, et ipse vir beatus hoc agnouerit.

a) *I. c. no. 8,*

§. XIV.

FRANTZKII a) oppositio ejusdem pene momenti est.
Mutuum nempe contrahi traditione rei fungibilis alteri ea ra-
tione facta, vt eodem in genere restituatur, per definitionem
ejus patet. b) In meo casu itaque, vt tradatur pecunia necesse
est. Sed quum traditio duplex sit, vel vera, vel ficta, eam a
creditore, meo exemplo, ficte fieri posse, nullum superest du-
biū. Iam vero FRANTZKIVS vult, traditionem factam fieri
non posse, nisi debitor tempore hujus conuentionis pecuniam
in parato habeat, et per consequens, emtionem venditionem
in mutuum secundum rationem propositam conuersti posse, ne-
gat.

a) *Variarum Resolutionum Lib. II. Resolut. X. no. 74.*

b) *Vid. Compendia Iur. Dig.*

Argu-



§. XV.

Argumento FRANTZKIL contra explicationem legis ci-
ratae relato, ad refutationem rationum, quas, ut opinionem
suam defendereret, afferit, me accingo.

Fundat se in *Lege* 15. *ff. de R. C.*, quac continet: mutuum
traditione facta posse contrahi, quam communiter ICtos ea-
dem ratione, vti ab eo factum, interpretari ait; sententiam
praeterea ex *L. 58. S. 1. de jure Dot.* fulcire satagit. Sed quod
ad prius, auctoritate Doctorum interpretatione non sit legalis,
et quod ad posterius, in dicta Lege nec vola nec vestigium
adest, que sua succurrat interpretationi, vt quilibet, cui
eam inspicere liber, videbit. Quid quod citata *L. 15. ipsa* ejus
opinio contraria esse videtur, id quod praecepit verba
ejus ultima indicant: *ut cum ex causa Mandat pecuniam mihi debet, et
conuenienter, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia,*
et a me ad te profecta, cum qua consonat §. 43. I. de R. D. Ni-
hil itaque in issis textibus reperitur, ex quo concludere licet,
simpliciter necessarium esse, debere pecuniam in conspectu
meo esse positam, quando, quod ex entro quis mihi debet, ut
ex mutuo postea debeat, velim. Nemo, nisi, qui nimis sub-
tilitates amat, ista quoque contra clara Legum verba defendet. Et
si interpretum auctoritatibus pugnandum, varios, non vulga-
ris doctrinae ac famae ICtos, appellare possem, qui idem me-
cum sentiunt. Proutocarem in *Ill. de cocceji a), STRUVIVMB, b), SCHOEPFERVM, c) MOLINA EVM d)*, Per *Ill. Dn. de BALTHASAR e)*, qui omnes uno ore contendunt, posse in mutuo
rei traditionem breui manu, sine ullis fieri ambagibus. Nul-
lum igitur restat dubium, emtionem venditionem in mutuum
posse immutari.

- a) *I. c. Tit. de R. C. qu. VIII,*
- b) *I. a. Ex. XVI, Tb. XI, et in Evolut. Controv. Ex. XVI, Tb. XII*
- c) *in Synopsi Iur. Priv. tit. de R. C. no. 38.*
- d) *Tractat Commerc. et Usurar. Qu. 85. no. 660.*
- e) *in diff. de debito, ex mercibus venditis residuo, per novationem in ma-
tuum gratuitum immutato, Iure praelectionis ex Iure Lubeccensi
non gaudente, §. II.*

§. XVI.

§. XVI.

Euicta sic interpretatione textrus, ad disputandum propositi, nihil supereft, nisi huius immutationis in hoc textu fundatae definitio, quae mihi est: *pactum, emtorem inter et venditorem ex intervallo initum, ut summa ex emto mihi debita, pro annuis utatur usuris, ac facta resiguatione, mihi eam in genere restituat.*

§. XVII.

Cum hac immutatione emtionis venditionis in mutuum modo definita, tamen ne confundas velim pactum reservati dominii, de quo instar omnium conferendus OSANA). Magna enim inter vtrumque intercedit differentia. I. Semper venditioni secundum Auct. citatum, vel ante traditionem vel in ipso traditionis actu adiicitur posterius pactum; prius vero ex post facto initur. II.) Ex priore oritur actio personalis; ex posteriore realis s^t hypothecaria. III.) Praescribitur si in mutuum emtio venditio transformata, actio inde mihi competens XXX. annis, sed hypothecaria X-XX. annis, excepto casu, si debitorem rem venditam, in qua mihi dominium refernavi, possideat, tum enim praescriptio XL. annorum locum habet per L. 7. §. I. C. de praescript. 30. vel 40. annis, cujus dispositio haec est: *Iubemus hypothecariam persecutionem rerum apud debitorem confidentium non ultra quadraginta annos prorogari.* IV. In Concursu Creditorum, qui rem vendidit, referuato domino in lma collocatur classe, b) quod secus in transmutatione pretii ex emto residui in mutuum se habet.

a) de pacto reservati dominii in venditione usque ad pretii residui solutionem ejusque effectibus insignioribus in Concursu potissimum Creditorum, Erfordii 735.

b) CARPOZV. P. I. C. XXVIII. def. XXI. et ab eo allegat. BERLICH P. I. C. 64. no. 45.

§. XVIII.

Neque Pactum, quo usurpas pretii, de quo fides habita est, stipulamur, cuius in §pho. VIII. mentionem feci, cum eo,

B

quo,



quo, vt, quae ex emto nobis debentur, mutuum fiat, pacisci-
mur, vnum ac idem existimandum. In continent iisdem huic
contractui adiicitur, nulla ratione quoque alteratur hoc pacto
emtio venditio, actione emti venditi, ob vsuras contra emto-
rem experior, et conditio contractus est, vt fidem habeam de
pretio, ea sub lege, vt vsurae mihi soluantur. Quae omnia
aliter comparata sunt in casu proposito. Est enim emtio ven-
ditio iam perfecta, sed quum pretium solendum, et ego ca-
reco pecunia, inter me et venditorem conuenit, vt facta noua-
tione, illud pro vsuris annuis penes me maneat vt mutuum.
Quod igitur antea debebam ex emto, priori obligatione sub-
lata, iam habeo iure murui. Pretium antea consequi poteram
actione venditi; iam vero solutionem vrgens contra debito-
rem vel actionem mutui vel cum veteribus conditionem certi
ex mutuo vel Chirographo instituere, vel potius secundum mo-
res hodiernos executive agere mihi conceditur a).

a) B. BOEHMERI, *Tr. de Actionibus S. II. Cap. VIII, §. X.*

§. XIX.

Satis superque ex §phis XVII. et XVIII. liquet, paetum
reservati dominii, ac illud, quo vsuras pretii, de quo fidem
habuimus, stipulamur, cum eo, quod debitum ex emto ortum
suum trahens, in mutuum commutat, aliqualem habere simi-
litudinem, minime tamen in omnibus conuenire. Nihil itaque
restat, nisi, vt, quomodo immutatio illa fieri debeat, ostendam,
et effectus ex ea fluentes attingam.

§. XX.

Si debitum quod ex emto venditio oritur, in mutuum con-
nuertere partibus placeat, consilio est, vt pacifcentes, pri-
usquam hanc versionem emtions in mutuum aggrediantur,
antea de mercis bonitate et pretio, etiam genere monetæ inter-
se convenient, vt litibus inde nascituris occasio præscindatur.

§. XXI.



II

§. XXI.

Quo peracto duplice modo ista fit mutatio. Aut enim in cambium redigitur, quod eiusdem tenoris, ut cambia solent, esse potest, hocce saltem discrimine, ut loco verborum cambii inferi solitorum: *Valuta baar empfangen*, ponatur *Valuta an Waaren*, vel nisi hoc inter mercatores agatur, *angekauftten Sachen denominatis iis, baar erhalten*. Si in cambium transferre debitur, forsitan displiceat, chirographum in vernacula dicunt *eine Handschrift, desuper construi potest*. Hoc eandem itidem habet formam, quam plerumque damus chirographis, hoc unico excepto, ut initio mentio fiat, vendito mutuum originem suam debere.

§. XXII.

Ostensum est, in § suis præcedentibus, quare ratione in hac conversione procedendum sit, ubi consulo omisæ sunt cautelæ generales in omnibus contractuum generibus obseruandæ, ac iridem hic minime negligendæ, quæ apud STRYCKIVM a) et alios cautelarum scriptores legi possunt. Iam igitur, missis ambagibus, ad effectus hujus nouationis, partim proficiens, partim nocivos, accedo.

a) jam citato Tr. de Cautel. Contract.

§. XXIII.

Consecaria hæc meditanti primo mihi in mente venit, effectus, quem ratione fori hæc mutatio sortitur. Quum enim reus alias coram judice loci, ubi contraxit, ex contractu conuentus stare debeat, neque quicquid alii sentiant, distinguendum sit, utrum ibidem reus inueniatur aut bona habeat, nec ne, ut cum COCCIO a) pondere rationum ab eo alatarum morus, statuo, quod ratione reliquorum contractuum in jure dispositum, respectu emtionis venditionis quoque ad-



licationem invenire, necesse est. Ast nouatione hac inita, is, contra quem ex emto in foro contractus agere poteram, jam ex mutuo coram tribunal vocatus, nullum alium iudicem LL. fultus agnoscet, nisi suum ordinarium. Actione igitur contra eum instituta, forum ejus ordinarium ab auctore sequendum erit.

a) *I. c. Libr. V. Tit. I. Qu. XV.*

§. XXIIII,

Hæc de foro. Respectu Processus hanc immutatio- nem suis non carere effectibus, et posse in casu proposito, vbi emtum in mutuum transiit, exsecutue agi, jam supra in spho XVIII. tradidi. Generaliter hoc tantum I. c. vt differentiam adduxi. Quod vt plenius euincam, adhuc mei erit officii

Processum exsecutuum locum habere, nemo nescit, si ex instrumento guarentigato actio iussiuatur a). Nunc vero, quando debitum ex emto proueniens in cambium vel chirographum redigatur, instrumentum guarentigatum adest. Omni igitur dubio caret, eo casu exsecutue posse procedi,

a) *Conf. II. Dn. PRÆSIDIS Præceptoris filiali cultu ad tumulum usque profundendi, diff. de Processu Exsecutivo, maxime quoad delacionem furantem, litis decisorii §. I. pag. IV. et V.*

§. XXV.

Effectum hunc esse magni momenti, et maximum in creditorem inde redundare commodum, quilibet concedet. Num vero alias, nisi hec immuratio facta sit, ad pretium rei veniente obtinendum, exsecutine, agi possit, tractatio sequens docebit.

§. XXVI.

Quod argumentum, ut iuste expediam, tria distingue- da

da veniunt. Aut enim auctor se fundat in contractu cum reo inito, in scripturam redacto, et ab utraque parte subscriptione et sigillo corroborato, quem libello suo adjungit. Aut ex libro mercatorio eum convenit, et intentionem in extractu hujus libri vidimato ponit. Velenique emtorem in judicium vocat, instrumento, in quo fundamentum agendi collocet, plane destitutus. In singula horum distinguendorum separatis inquiram, ut inde, utrum vello casu processus exsecutius locum habeat, appareat.

§. XXVII.

Ad primam questionem discutiendam: num instrumentum super contractu emtionis venditionis consecutum, respectu pretii obtinendi, locum der Processui Exsecutiuo? nolo repetere ista, quae inter Doctores generaliter de applicatione processus exsecutui ad negotia bilateralia acriter disputantur. Lectorem potius ad BERGERVM a) et FIBIGIVM b), qui a parte affirmantium stant, et ad LV DOUCICI c), qui negantibus adfipulatur, ablego.

Vt vero non dissimulem, quid sentiam in casu proposito, utrum cum BERGERO d), WERNHERO e) ac aliis statuo, posse omnino ex contractu emtionis venditionis venditorem agere exsecutiuem contra emtorem, ut pretium soluat.

Verum enim vero hoc gaudium mox mox cessabit. Quod si nim reus exceptionem nondum impleti contractus opponat, hicce passus omnino ante omnia disquiritur, nullo habito respectu, an illa exceptio sit in continentia liquida, aut turbida, et vis obligationis garantigionata tamdiu suspenditur, donec actor, se ex sua impleuisse parte aliunde probet, uti docent ZANGERI, WERNHERI g) et BERGERI h), qui ultimus auctor refert quidem sententiam Ienenium Ictorum, quae ea est, ut exceptio haec in continentia non probanda in reconventionem rejiciatur secundum LYNCKERVM 2. Decis. 661., sed simul istam ut erroneam refutat. i)

B 3

a) In



- a) In Electis, Proc. Executivi, §. 29. usq. 35.
- b) In Processu P. II. Membr. 1. Sec. I.
- c) in Proc. Civil, Cap. III, §. 2. et 4.
- d) d. l. § 29.
- e) In select. Observat. Forensi, in Suppl. ad P. III. O. 172.
- f. in Tr. de Except. P. III. C. XXII, No. I.
- g) l. c. P. I. O. 149. it. P. III. O. 172.
- h) c. l.
- i) a. l. tb. XXX. seq.

§. XXVIII.

Quod ad secundam attinet quaestionem, puta, si venditor, ex libro mercatorio contra emorem experitur, si secundum Juris theoriam rem examinemus, executivus Processus plane inadiplicabilis est. Extractus enim ex Libro mercatorio minime ea habet requisita, quae processus Executivus postulat, et nomine instrumenti guarantigati, non meo solum quali quali, sed et aliorum iudicio a) plane indignus videtur, quod indejam apparet, quum ex eo Judici minime plena, sed tantum semiplena fides, juramento, si omnia adhuc requisita a L. praescripta, supplenda, fiat.

Sed jam audio dissentientes objicere, quare igitur mandata de solvendo cum clausula, si fundamentum agendi delimitur ex libro mercatorio, decernerentur, nisi effectus executivi inde propullarent? Concedo lubentissime, judices in Praxi esse faciles, ad danda decreta cum clausula, licet libello tantum extractus e Libro mercatorio adjungatur.

Sed, quum reo simul permittatur, ut si decreto de solvendo morem gerere nolit, alleget causas, et exceptiones suas proferat, productis Exceptionalibus, si reus debitum negat, ac simul requisita libri mercatorii impugnat, decretum de solvendo statim, in simplicem, ut ajunt, citationem resolvitur, et ita implicite processus executivus in ordinarium mutatur, quod in §pho seq. clarius adhuc demonstrabo b).

a) conf.

- a) conf RIVINVS ad O. P. S tit. 30. en. IO. item ZANGER, HAHN,
et ipse RIVINVS, de exceptionibus, WERNER, I. c. P. IV.
O. 206.
- b) Legatur, ad illufrandum, B. CONRADI, in differt. de executio
ne circa processum non ex quovis docum. publico impetrando
Helmst. 1734.
- §. XXVIII.

Si reo enim competit facultas, ut in requisita Libri mer-
catoris inquirat, necessarium est, ut exceptionales actori ad
replicandum, replicae actoris vero reo, cui positio ultima de
jure deberetur, ad duplicandum communicentur, et si requisita
desunt, vt aliunde per testes sc. sive juramenta delationem etc.
intentionem prober, actori necesse est. Sed aliter in processu
ordinario non proceditur. Nulla igitur ratione defendi pot-
est; dari processum Executivum ex Libro mercatoris, nisi
forsan reus contumax sit, et ita contra eum in contumaciam
executive procedatur. Hoc vero accidere quoque potest in
processu ordinario. Liquet inde, minime, quia Liber mer-
catorius haberetur pro instrumento guarentigia, vel viribus
ejusdem imbufo, sed ad contumaciam coercendam ita procedi.

Præterea reo itidem non est denegatum, ut monitis con-
tra librum mercatorium adjungat exceptiones cuiusvis gene-
ris, licet altioris sint indaginis a), ut Auctores supra allegati de-
pendunt. Quæ omnia vero processus executivus respuit.
Quilibet itaque, his bene ponderatis, conceder, ex libro mer-
catorio, si unicum casum contumacie, vel litis contestationis
affirmatiæ excipias, executive agi non posse.

a) vid. STRYCK. in d. de Except. altioris indaginis et WILDVO-
GEL de rebus altioris indaginis.

§. XXX.

Quoad tertiam quæstionem, si ab emtore premium po-
stulat vendor in judicio, instrumento, quod libello adjungat,
carens,

❧ ❧ ❧

carens, jucunda utar brevitate, quo luculentius est, impossibilem esse in hocce casu adlicationem processus exsecutivi. Quum enim huic non alias detur locus, nisi instrumentum sit annexum libello, *ex quo quis, quid, quale, ex qua causa, quantum et ubi* debeat confessim et sine dubio appareat. (per vulgata) ex suppositis vero, actor eo destituantur, consequens est, ut commodo processus exsecutivi quoque carere debeat.

§. XXXI.

Ea, quae a §pho XXIIII — XXX. inclusive proposui, ostendunt, actione ex emto ad pretium consequendum tendente, instituta, prater casum immutatae emtionis venditionis in mutuum, semper fere processum exsecutivum inadPLICABilem esse. Nemo igitur porro, ut spero, dubitabit, hunc effectum factae immutationis maxima in venditorem transferre commoda, cui natura processus exsecutivi forte non est plane ignota. Sed nec unicus fructus est, quem inde consequitur, quum serie §phorum sequentium plures adhuc recensabo.

§. XXXII.

Nemo nescit, reos semper in eo esse ingeniosos, vt actionem variis frivilis detineant exceptionibus, quibus impedit student, quo minus ad scopum sibi propositum non aliter, nisi longo circuitu perveniat. Inter has eminent exceptiones illa dilatoria satis decantata scilicet cautionis, pro reconventione et expensis. Et profecto actione ordinaria emti venditi instituta, reus, dum actori sub ejus foro immobilia haud possidenti exceptionem modo citatam opponit, praesertim, si per fideiulsores vel pignora huic satisfacere non valer, campum habet, in quo patientiam actoris exercere possit. Transformato vero emto in mutuum, præcipue in Megapoli, licet actori, ut priuilegio per ordinationem Dicasterii Provincialis a), et Cancellaria Gœstroviensis b), quæ iam Rostochii sedem suam haber, sibi concessio,

concesso, ut cambium seu chirographum in judicio deponat,
qua depositione ab onere cautionis se liberabit c). En no-
vum effectum conversionis emit in mutuum.

a) P. II. Tit. 15. §. 2.

b) P. II. Tit. 15. §. 2.

c) conf. Illust. Dn. Presidis diff. de instrumento Originali loco Cautionis,
maxime de Iure Mecklenburgico deponendo.

§. XXXIII.

Hæc ita se habent in regula. Ast queritur: num non
dentur casus, ubi actor, licer chirographo vel cambio tali in-
structus ad ejusque depositionem judiciale paratus, nihil
fecius privilegium hocce in suis nequeat convertere usus?
Dantur meo tenui judicio, quorum sequentibus §phis duos al-
legabo, et simul eos examinabo.

§. XXXIII.

Prior sedem habet in ipsa sanctione privilegii verbis:
ohne beständige Ursachen — — — welche rechtsflüchtige
Exceptionen, wenn es dieselben in der That befindet, nicht
attendiren. Quæ verba satis superque docent, actorem mi-
nime ad hocce admitti privilegium, si reus justas adducat
causas, quare cautionem memoratam exigere, et depositio-
ne instrumenti contentus esse nequeat. Ponamus v. gr. reum
habere contra chirographum exceptiones peremptorias in con-
tinenti liquidas, tunc sepe emergere potest casus, ubi hocce
privilegium sit inadmissible. Quemadmodum vero multa
arbitrio judicis relinquentur, ut MENOCHIVS torum Tra-
ctatum de hacce materia conscripserit, ita, num exceptio ista
calumniosa sit, et locum priuilegium citatum invenire queat,
in generalioribus manens, cum ill. Dn. PRAESIDE a) religio-
ni judicis committere nullus dubito.

a) in diff. in §pho preeed. citata §. XX.

C

§. XXXV



§. XXXV.

Aliam exceptionem a regula in eo pono, si chirographum vel cambium contineat minorem summam, quam alter in reconventione bene fundata postulat. Fingamus v. c. pulsare actorem reum actione ex chirographo centum thaleros continentem, reum contra habere reconventionem non calumniosam, summam quingentorum thalerorum superante. Tunc judicis officium omnino erit, ut non contentus depositione instrumenti, cautionem fidejussionariam vel pignoratitiam, petito rei innuens, ab actore poscat, dum curare utraque ipsis demandatum, ne supervacuis cautionibus quidem quem oneret, simul vero de expensis et reconveniendo postulatis reum securum reddat. Ita enim *MEVIVS a)*: *Circa cautiones judex medie rem curare debet, ut prospectum sit parti alteri, altera tamen nec ad impossibilia redigatur.*

Hæc de cautionibus. Iam ad exceptiones contra chirographum qv. obmovendas venio.

a) in *Decis. P. II. Dee. 257. n. 6.*

§. XXXVI.

Quoad Exceptiones, effectus hujus transformationis, larga quoque se exterunt manu. Nam, si ex contractu, ad pretium rei venditæ obtainendum, emtorem judicialiter compello, eum exceptionem nondum impleti contractus habere in promptu, ac nullam intercedere differentiam, liquidam eam vel turbidam esse supra §. XXVII. exposui.

Quod ad librum mercatorum, et desumptam ex eo actionem contra emtorem attinet, itidem in §phis XXVIII. et XXVIII evictum dedi, omnium exceptionum genera, ad illius fidem infringendam, posse proponi a). Et quod tertium respicit casum, ubi venditor cum emtore ob pretium residuum in judicium ambulat, emtori liberum esse, vii exceptionibus quibusvis contra hanc actionem ex jure et facto competentibus, tantum Idiotæ in Iurisprudentia negabit. Ast
haec

haec omnia secus se habent, quando emtione venditione in
mutuum facta novatione, conversa, cambio instructus, con-
tra emtorem experitur vendor.

Facta enim novatione, obligatio pristina tollitur cum ac-
cessionibus b), ac itidem privilegia prioris pereunt obligationis.
c) hinc exceptiones contra emtioni venditionis contractum mo-
vendas, sublata emtione venditione, eaque in mutuum con-
versa, cessare, dubium nullum habet. Nec obstat L. 13, C. de
N. N. P. verbis: *nisi certe ipse e contrario* — — — *quod*
in alium quenquam modum, et non in eum, quem cautio prohibet, nego-
tium subsecutum sit, quum ista de eo tantum loquantur casu, ubi
aliud actum, aliud instrumento insertum, et per consequens
nihil aliud nisi dolum denotent. Quod ex eo magis elycescit,
quum imperator requirat, *religionem judicis per apertissima rerum*
argumenta instrui, id quod in probatione doli itidem praecipiunt
Leges, sancientes: *dolum perpicuis indicis esse probandum* d),
mecum quoque consentit BRVNNEMANVS e) hunc textum
pari explicans ratione. Hanc Legem igitur de exceptione
doli tantum intelligendam esse, satis ut opinor, probavi. Sed
ab exceptione doli cuilibet contractui adversante cundemque
vitianti, ad exceptiones actioni ex emto licite opponendas,
consequentiam non valere, quilibet, me quoque racente con-
ceder. Hac lege itaque allegata, thesis mea minime refuta-
tur, potius salva et illæsa manet.

a) conf. B. Dn. de KLEIN de probat. qua sit per libros merc. MYLIVS
de libris merc. HEINECC. ac mercatorum, qui foro cesserant
rationibus et Codicibus. BODINVS de libris mercat. suspectis, et
alii mole majores, veluti, MARQVARD. SCACCIAS atque
STRACCHA.

b) L. I. pr. L. 18. de Novat. et delegat.

c) L. 9. L. 29. de Novat. et Delegat.

d) I. 6. C. de dolo malo. L. 18. §. I. ff. de Prabat, L. 10. C. de
refind. vendit.

e) in Commentar. in C. ad L. 13. de N. N. P. no. 6.

C 2 S. XXXVII.



§. XXXVII.

Uſus inde, uti ſphus praecedens docet, denegatus eſt exceptionum reliquarum contra emitionem venditionem moveri ſolitarum. Ait, num idem respectu exceptionum contra mutuum confeſſarum aſterendum eſt? Illæ omnino ſalvæ manent, ſed ſeundum naturam proceſſuſ exfeſtivi ita compa- ratae eſſe debent, vt liquidæ fint, et in continenti poſſint pro- bari, exceptiones quum turbidæ ſi, altioris indaginis in ſepa- rato ſint diſcurtienda,

§. XXXVIII.

Sed quid ſi exceptionem non numerata pecunia objiciat emtor? Haec, ut peremtoria, num celerem remorabitur proceſſuſ exfeſtivi procedendi modum? Minime. Clara enim Lex a) adeſt, qua hunc caſum negative decidit. Paſſum concer- nentem huius Legis exſcribam, qui huic redit: *quum autem ex praecedente cauſa debiti in chirographum quantitas redigatur, non requiritur, an tunc, cum cavebatur numerata ſit, ſed an iuſta cauſa debiti preceſſerit.*

a) L. S. C. de N. N. P. ibique ERVNNEMANN.

§. XXXVIII.

Non numeratae pecuniae exceptionem contra chirogra- phum qu. ſuam minime invenire adapplicationem, in ſpho prae- cedente probatum dedi. Idem fatum habere exceptionem SCti Macedoniani, alias tanto privilegio muniram, ut oppo- ni adhuc poſſit exfeſtioni poſt rem judicatam a), Lege pa- riiter fultus, fine qua JCrus loqui erubefcat, demonstrabo. Ita enim ſonant verba b): *Si filius familiæ aliquid mercatus pretium fi- pulanti venditori cum uſurarum acceſſione ſpondeat: non eſſe locum SCto, quo ſenerare filius familiæ eſt prohibitum, nemini dubium eſt, Origo n. potius obligationis, quam titulus actionis conſiderandus eſt.* Sunt ſatis clara, qua Lex edicit, eamque de caſu ad diſputan- dum



dum proposito, de emtione venditione sc. in mutuum immutata loqui, jam perlustratio ejus, licet obiter tantum facta, ostendit. Nominare quoque possem cohortem Auctorum meæ opinioni faventium. Verum enim vero, quid opus est auctoritate, ubi obscura non occurunt, sed amcena ubivis planities adest. Unicum interim c) instar omnium b. sc. ERVNEMANNVM allegasse sufficiat, cuius interpretatio citatae Legis meae simillima est.

Nolit vero L. b, aliter explicare thesin meam, quam eam intellectam volo. Exceptionem enim SCti Macedoniani hic exulare contendens, inter emtorem et venditorem bona fide esse actum suppono, et omnino casum eximo, si quis filio familiis aliquid vendererit, ut pretium ex re denuo vendita mutui loco habeat. Hoc enim in fraudem fieri SCti Macedoniani, tum Leges dicunt c), tum Auctores e) defendant.

a) L. II. ff. de SCto Macedoniana.

b) L. 3. C. ad SCtum Macedonianum, conf. item L. 3. §. 3. ff. de SCto Mace.

c) d. I. in L. memoratam.

d) L. 3. §. 3. ff. in fine de SCto Mace.

e) vid. HOPPE, in I. Libr. IV. Tit. VII. p. m. 908. LAVTER,
BACH, Comp. ff. ad SCtum Macedon. p. m. 250.

§. XXXX.

Missis effectibus immutatae emtionis venditionis in mutuum, ratione exceptionum opponendarum, alias exsurgit effectus ratione Appellationisa me iam commemorandus. Non nesciunt enim omnes, qui litigantium jura defendunt, remediis suspensivis sc̄epe abuti reos, eademque, quum beneficia esse deberent sententia judicis injusti vel semidocti gravarum, haud raro asyla fieri temere litigantium, ac occasionem lites immortalitati tradendi præbere. In Ordinationibus quidem Judiciorum omnium Provinciarum frivolis appellatio-
nibus obex positus est, et series causarum remedia suspen-

siva respuentiam recensetur. Contra sententiam vero, quae mihi injunxit, ut pretium rei emitæ solvam, perraro mihi provocatio ad superius judicium denegatur. Longe alia vera rerum facies est, si ex cambio l. chirographo ob pretium conventus emtor ad solutionem condemnatur. Leges enim nostra provinciales a) cum Ordinatione Provinciali Aulica b) in eo consentiunt, ut provocaciones in debitis liquidis simpliciter prohibeant. Jam vero, per supra deducta, debitum exento ortum trahens, in mutuum conversum, ad debita liquida sine dubio pertinet, et sic remedium suspensivum non admittit.

a) conf. der Durchlauchtigsten Serren Herzöge Adolph Friedrich und Hans Albrecht G. M. Excent. Ordnung d. a. 22 Jan. 1619. item der Landes Grundgesetzliche Erb-Vergleich §. 384. no. 10.

b) P. II. Tit. 38. §. VIII.

§. XXXI.

Respectu vñsurarum, de pretio soluendarum, dispar itidem ratio adest, pretio ex emitto simpliciter, et in relatione, si in Mutuum transformatum, considerato. Quod ad emtionem quidem venditionem in genere attiner, vñsre pretii, de quo fides non est habita, simulac res tradita est, debentur, a) argumento inde desumpto, quia vñsris non solutis, emtor cum vendoris detimento duplex, ex re nempe ejus et pecunia sua sentiret commodum b). Quod eo extendunt DD. exprefsis legibus freti, quod vñsuras esse soluendas velint, licet nulla intercesserit mora c), possessionemque emitor nondum sit factus d), et ceter. Verum hic semper subintelligendum, fidem non esse datam. Sed in meo casu, licet fidem habeam de pretio, isto in mutuum conuerso, vt vñsuras jam exigere possum, per definit §. XVI. allatam, clarum est. Ast ratione mercium tabernariarum aliter sentiunt Iuris Interpretes. Si enim mercator merces tradidit ex taberna, non adiecto certo solutionis tempore, alii vñsuras non concedunt mercatori, nisi elapsi anno, quum ex consuetudine mercatorum vñsre ad minimum

vnius

vnius anni in pretium simul computari soleant, inter quos est B. de LEYSER e), et HENRICUS de BODEN f), qui vltimus eo casu, si debitorem inter et creditorem certa determinatio solutionis statuta sit, hocce non obseruata, debitorem in mora constitui et per consequenstunc demum ad vsuras soluendas teneri asserit. Omni casu vero supponit, debitnm esse liquidum, daß die Waaren bedungen worden. Hoc deficiente vero defendit non deberi vsuras, antequam summa aut inter partes, aut judicis auxilio iuterueniente determinata sit g). Alii a tempore interpellationis judicialis cursum vsurarum capere initium volunt h), licet promissum sit pretium alsbald, sorderlichst i). Is rerum status est, ratione solutionis vsurarum de mercibus tabernaris fide habita, debitarum. Longe aliter vero proceditur, si debitum ex mercibus emitis residuum in mutuum commutatur. Vsuræ enim semper, a die subscripti instrumenti, instar alias cambii, jam vero mutuo existente, currere incipiunt.

- a) SCHAVMBVRG I. c. Libr. XIX. Tit. I. §. IX. et autores ibi citati.
- b) L. I. 13. §. 20. ff. de actionib. Emti et Venditi
- c) L. 5. C. de A. Emti et Venditi
- d) L. I. 3. §. 21. ff. z. c.
- e) In Meditat. ad ff. Spec. 211. Med. 7.
- f) in tractatione de usuris pretij non soluti ib. VII,
- g) d. l. tb. alleg,
- h) de WERNHER d. I. P. VI. O. 427.
- i) BERGER in Oeconomia Iuris Libr. III. Tit. VIII. th. XI. Nota 4.
p. m. 759.

§. XXXII.

Quos haec tenus hujus immutationis effectus considerauit, venditori fuerunt profici. Restat, in emtoris commodum quoque hanc translationem obligationis prioris in aliam vertere, vt ostendam. Pretium enim quod alias, re tradita, ab emtore statim soluendum erat, jam scena conuersa, quum id

vt



ut mutuum is habear, non nisi facta resignatione pendendum erit. Quum enim contractu emtionis venditionis sublatu, contractus murui substitutus sit: mutuum vero ante resignationem non reddi, teste MEVIO a) et STRYCKIO b) expediti juris est, ut ad solutionem, debiti, nisi a creditore resignatione justo tempore facta sit, non teneatur debitor, prono indealio fluit.

a) *I. c. P. III. Dec. 144. it. ad jus Lübec P. III. T. 8. Art. 12. no. 11;*
b) *de C. C. S. II. Cap. I. §. 17.*

§. XXXIII.

Dum verò thesin defendeo, non posse venditorem, qui jam creditor audit, ab emtore, qui nunc debitor est, solutionem poscere, nisi resignatione justo tempore facta sit, aliter hoc intellectum nolo, quam si debitor promissis stat, nec in usuris quotannis soluendis moras necit, l. debitoris conditio non sit deterior, ita, ut forte amittendi periculum incurrat creditor. Simulac enim debitor usuras stat tempore dependere desinit, aut ob mutatum debitoris statum damnum imminet Creditori omissa resignatione, *in praxi* statim jus agendi oritur, et rejecta exceptione resignationis debitori solutio injungitur a).

a) conf. MEVIVS *P. I. Dec. 73.* item STRYCK *I. c. Sec. et Cap. alleg.*
§. 18.

§. XXXIV.

In §pho preced. de commodis emtoris respectu hujus immutationis verba faciens, incidit in mentem: num emtor facta hac nouatione euictionem rei venditae adhuc postulare ac redhibitoriam possit insituere? Primus intuitus, ad negatiuam huius questionis defendendam, ob nouationis effectus invitat. Verum enim vero, quum in hac immutatione regula: initium negotii inspicendum, ac secunda: *non videndum, quid scriptum, sed quid actum* vbiuis ob oculos habenda; præterea tertia:

nemo

nemo debet fieri locupletior cum alterius damno accedit, denique verus subiecti dolus, cuius allegationem per supra deducta, nullus contractus nec haec nouatio respuit, secundum analogiam affirmatiue quæstionem pro emtore resoluerem.

§. XXXV.

Effectus hucusque a me expositi, qui ex nouatione hac secundum *Leges et Praxin* sequuntur, isti sunt, qui tempora placa-
cida et tranquilla, ac vbi debitor cuilibet satisfacere, erit fi-
dem suam liberare valet, respiciunt. Sed cogitemus quæsto-
illud æxum, si concursus tonitrua irruunt ac Creditores vbiuis
prorumpunt, suum a debitore communi recuperandi cupi-
di, et jura sua contra quemlibet defendendi parati. Habet
tunc nouatio haecce consequentias, partim nocivas partim pro-
ficiuas, quas singulatim exponere, mei adhuc erit officium.

§. XXXVI.

Maximum nempe sentit commodum vendor ex hac
nouatione, ratione juris prælationis. Quum enim alias, ex-
cepto vnico casu, si contractu munitus, ius dominii in re-
vendita sibi reseruauerit, ultimum in Classificatione Creditorum
teneret locum, et ad chirographarios, qui plerumque massa
a præcedentibus jam ex hausta, forte priuantur, relegaretur;
jam, quum de hypotheca constituenta sibi prospexerit, in
tertia classe inter hypothecarios collocandus est. Hunc ordi-
nem enim Hypothecariis debere, BRVNNEMANNVS a) et a-
lli, qui de Processu Concursus scripsierunt, testantur.

a) in *Tr. de Proc. Conc. Credit. Cap. V.* §. 48.

§. XXXVII.

Maximum e contrario paritur incommodum vendor, quod privilegium sibi competens, vi cuius res venditas adhuc extantes, de quibus fides non est habita, vindicare potest a) simpliciter amittat, et classificationi subjectus sit.

a) argum. §. 41. I. de Rep. dinif. conf. item SCHOEPFER. ad ff. Libr. 42. Tit. 5. no. 4.

§. XXXVIII.

Quum vero vendor, qui quidem fidem habuit, sed fraude emoris inductus, ut venderet, privilegio in Spfo antecedente allegato quoque, tam secundum jus Commune a) quam statutarium rostochiensie b) fruatur, quæstio exsurgit: num, qui rem vendidit paullo ante concursum motum, et super residuo pretii cambium vel chirographum a debitore sibi dari curavit, hocce privilegium pro se allegare possit? Quæstio mihi ideo neganda videtur, quia tum Auëtores, tum statuta requirunt, ut vendor bona fide, emtor vero dolose agere intenderit. Iam vero, si vendor exegit instrumentum ab emtore, de fide debitoris dubitare videtur. Ast ratio Legis haec est, venditorem habuisse opinionem, emtorem esse adhuc solvendo, alias ei fidem non dedisser. Minime igitur vendori, qui ante concursum credidit, sed super pretio chirographum emoris postulavit, res suas, licet adhuc extantes vindicare potest. Sed, si emtor sua sponte cambium venditori, ut sibi fideret, obtulerit, quid tum videtur? Et iterum quæstionem ex rationibus infra adducendis negative deciderem.

a) BRYNNEMANN. I. c. C. alleg. CARPOV. in Iurispr. R. G. For. P. I. C. 28. Def. 18. conf. item LVDOVICI diff. de creditore, ad fidem habendum, inducto, Hal. 1719. STRYCK. de fide basita. Francof. 1678.

b) r. III. Tit. I. §. XXXIII.

§. XXXVIII.

§. XXXXVIII.

Ad aliam adhuc quæstionem dissolvendam occasionem præbet Jus Lubecense, et quæ ex eo desumpta sunt, statuta Rostochiensia. Neminem enim, qui mediocrem tantum scientiam in utroque haber, fugit, cum Jus statutarium Lubecense a), tum patrum Rostochiensis b) maximam in Concurso tribuere prærogativam pecunia fine usuris creditæ. Si igitur debitum ex venditione ortum, in mutuum est mutatum, sed usuræ non sunt stipulatae, queritur: num hec prærogativa vendori quoque competit? Primo intuitu ita videtur, quum verum mutuum hic adesse supra §. XV. a me probatum, sed negativa prior est, quemadmodum III. Dn. PRAESES c), et nuperrime Perill. Dn. de BALTHASAR d), doctissimis ac solidissimis, ut solent rationibus, quas inter eam, quod residuum ex mercibus, mutuum per novationem factum, non sit verum mutuum gratuitum, sed apparenter tale, præcipue meam facie, evicerunt.

a) Lib. III. Tit. I. Artie. XII.

b) P. III. Tit I. §. XXVI.

c) in diff. de lute prælationis pecunia fine usuris creditæ §. XX, in Schol.

d) in diff. iam cit. add. diff. Dni SCHAEVII, Lubec, de Protopræxia mutui gratuiti præcipue secundum Ius Lubec. Trajecti 738.

§. L.

Agmen claudat, quam iam supra §. XXXXVIII, attigi, quæstio: num Creditores, hanc novationem imminentem Concurso factam, impugnare valeant?

Quæ ut rite et secundum ordinem resolvatur, ex Jure Communis a) ut notum suppono, Creditores posse quaelibet a communi debitore in fraudem eorum acta gestaque reddere irrita, eandemque sanctionem Jure Lubec. b) ac patrio Rostoch. c) confirmari, ac in nonnullis ampliari. Firmum itaque stat principium:



pium, paullo ante Concursum facta, ipso jure, tum Communis statutario annullari. Sed quum Jus Commune potiorem respectum habet ad ea, quae in fraudem Creditorum alienata et soluta sunt, novatio mea debitori non videtur prohibita. Verum enim vero salva res est. Novationem enim ab iis tantum iuste fieri, qui de sua obligatione disponere possunt, BOEHMERVS d) cum aliis docet. Jam vero valide se obligare, amplius non posse debitorem obearatum jam ex eo patet, quod bona sua, simulac insufficientia sunt, ad omnibus satisfaciendum Creditoribus, non suo sed Creditorum nomine tanquam administrator possidente, hic vero in bonis alienis dominum in regula obligare non posse res per se clara est.

Porro verum est, *in re aliena pignus non contrahi in praecidictum domini e*). Sed per hypothesin debitor non amplius est solvendo, bonorum ejus igitur Domini sunt Credores, ergo hac novatione facta aliena oppigneraret, quod ipsi vero non licet.

Denique, quod debitor Creditori prae alio gratificari non valeat, ad obiectum actionis Paullianæ pertinet f). Gratificatione vero omnino salutari meretur, si debitor Creditorem chirographarium inter hypothecarios collocat. Damnum quoque inde Chirographariis omnia infertur, dum pars bonorum, cuius participes fieri potuissent, iis, hac collatione inter debitorem et Creditorem facta, eripitur, raceo, si malitia debitoris eum excedat gradum, ut diem chirographo subscriptum ponendo in longe elapsum, falsum committat, hypothecarios inde posse gravari. Quod quoque Celeb. JCtan NET TELBLADT commovisse videtur, ut in Spbo XXXI. citare diff. notanter scriperit: *ad plures principium reductionis et ex cognito in Spbo precedente hoc incognitum facile deduces: quod quando debitor obearatus Creditorem Creditori praeponat, adversus Creditorem praeponit A. P. posse institui, L. 2 ff b t.*

Quod ad Jus Lubecense et statuta Rostochiensia, ratio prima de novatione desumta, ibi non explicite quidem expressa est,



est. Sed quum secundum vulgata, racente statuto ad Jus Commune recurrentum sit, ea ad hunc casum omnino poterit applicari.

Secunda, de facultate pignora in aliorum bonis constitutuendi non domino denegata, ab his statutis itidem adprobatur g).

Tertia de gratificatione, pariter in utroque Jure statutario prohibetur.

Nec quisquam dubium contra haec a me proleta movere poterit, si tantum, quae Jus Lubecense h) et Rostochiensis i) de pignorum constitutione disponit, adcurate perpendat, ac simul verum et naturalem sensum verbi *gratificatio* sibi concipiatur. Placet definitio hujus vocis, quam suppeditat, Celleb. WINKLERVS k), Kilonensis academia Antecessor literatissimus politissimus, scilicet: *quod sit illicitum uni ex pluribus favendi studium*. Nonne definitio haec satis significat, novationem meam imminente concursu factam, ad gratifications debitoris obearati referri debere? Ira videretur, et brevius hic me possum expedire, quum supra nullitatem hujus novationis secundum Jus Commune demonstrans, satis verbosius fuerim. Mecum quoque consentientes habeo ME VIVM l), ac *confutissimum et doctissimum Dnum Dr. STEIN m)* ita differentem: dies geschicht, (de gratificatione loquitur) wenn der Schuldner jemanden ein debitum erlässt. — — — So auch, wenn der Schuldner jemanden seiner Gläubiger, der nur ein debitum chirographarium zu fordern hat, eine Pfand-Verschreibung giebt. S. art. I. Libr. III. Tit. IV. Libr. III. Tit. 6. art. I.

Quae omnia satis superque docent, quaestionem propositam, tam secundum Jus Commune, quam Lubecense ac Rostochiensis adfirmandam, ac Creditoribus huic novationi contradicendi facultatem, minime denegandam esse,

a) conf. t. tit. ff. Quae in fraudem Creditorum facta sunt, ut restituantur;

b) Libr. III. Tit. I. Artic. III.

c) P. III. Tit. I. §. XVIII.

d) in



- d) in *Introductione in Ius Digestorum P. II. Libr. XLVI. §. V.*
 e) L. 6. C. scilicet res pignori data sit.
 f) conf. B. Henr. NETTELBLADT I. U. D. et civitatis patriæ quoniam consul meritissimus in diff. Paulianae actionis verum fundatum, objectum, ut et ejus durat demonstr.
 item Dn. BOVCHHOLZ in diff. de limitibus actionis Paulianæ seu re vocatoria, maxime de Iure Lube. Hardervici 1750.
 g) Vid. MEVIVS ad Ius Lubeo. P. III. Tit. IV. Artic. VIII. no. I.
 h) Libr. III. Tit. IV. Artic. I.
 i) P. III. Tit. IV. §. II.
 k) in diff. trigam Exercitationum ad Ius Lubecensem 1) de Creditore si bi vigilante 2) de priuigna accepto tutore fronte solo bonorum paternorum fennise cum virto et veterinis matri in Capita Juc cedente 3) de Successione fisci, exhibente et quidem Exima §. IV.
 l) I. c. P. III. Tit. I. Artic. III. no. 33.
 m) In der gründlichen Abhandlung des Lübschen Rechts. Libr. III. Tit. I. §. 45. not. *.

S. D. G.



Buetzow, Diss., 1761-71

VD 18



	1	2	3	4	5	6	7	8
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8
	1	2	3	4	5	6	7	8
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8
	1	2	3	4	5	6	7	8

Farbkarte #13

Yellow

Green

Red

Magenta

White

3/Color

Black

10.

1764

3

DESSERTATIO SOLLEMNIS JURIDICA,
DE
LEGALI IMMUTATIONE
EMTIONIS VENDITIONIS IN
MUTUUM,
AD L. VI. C. SI CERTUM PETATUR.

QVAM,
DEO CLEMENTISSIME ANNUENTE,
CONSENTIENTE ILLUSTRI JCTORUM ORDINE,

IN
ACADEMIA FRIEDERICIANA BUETZOVIENSI,
P R A E S I D E,

DN. D. ERN. JO. FRIED. Mantzeln,
SEREN. DUC. REGN.

CONSILIARIO CANCELL. ET CONSIST. IVR. PROF. ORD. COMIT. PAL. CAES. ET
COLLEGII IVRID. SENIORE, ATQVE HODIE DECANO,
COGNATO ET STUDIORUM SUORUM PROMOTORE
COLENDISSIMO,

P R O G R A D U,

TITULIS ATQVE JURIBUS JURE-CONSULTI
RITE CAPESSENDIS,
DIE XXI. DEC. MDCCCLXIII.

H. L. Q. C.
CONTRA DISSENTIENTIUM DUBIA,

DEFENDET,
JOANN. WALTER WIENKE,
ROSTOCHIENSIS.

B U E T Z O V I I

TYPIS Jo. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL. ET ACAD. Typogr.

